



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

A propagatione & dilatatione. Vbi de Prouincijs eiusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

AB EIVSDEM ORD. PROPAGATIONE ET
DILATATIONE. Vbi de Prouincijs
eiusdem.

CONSTAT ex superiori titulo de Antiquitate huius Ordinis, quomodo primæua sua fundamenta ad ELIAM & ELISEVM referat, tandemque per filios eorū spirituales creuerit instar lucis splendentis, & ad perfectum diem paulatim deuenientem. Siquidem ab Apostolis Christi Euangelium edocilius sectatores, primordijs nascentis Ecclesie supra illius candelabrum etiam positi fuere, normam quæ ab ELIA præscriptam, & à Filijs Prophetarum tot seculis obseruatam, strenue sibi seruandam existimauerunt, adiectis illis quæ lege Euangelica addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam viuendi normam quam veterem illam amplexi fuerunt primis quadringentis annis. Deinde B. Ioannes XLIV Episcopus Hierosolymitanus, qui prius Abbas fuit Prior montis Carmeli fuerat, Institutum vetus atque temperauit, adiunctione summaria illorum quæ S. Basilii suis discipulis seruanda præscripserat. Sic ut velut certam Regulam compilaret, tum ex illa quam ELIAS olim, tum ex altera, quam S. Basilii tradiderat paulo ante. Cuius Regulæ præscriptis vixerunt Religiosi isti vsque ad annum MCCCXI. quando Græca institutio ad Latinos transiit, Aymenius Patriarcha in illam rem sedulo incumbente.

Haud multum post S. Albertus Hierosolymorum Patriarcha, ante Concilium Lateranense, compendiosam ex norma ELIÆ, ex libro Ioannis XLIV. Patriarchæ, & Regula S. Basilij Regulam concepit, tradiditque S. Brocardo montis Carmeli Priori, Fratribusque illius obseruandam, anno MCLXXI. Et sub hac quidem manent vsque in presentem diem.

Porro Carmelitarum Religio in 37. Prouincijs diuisa est. Quarum prima est PALÆSTINA.

- II. S. ALBERTI in Sicilia, habet Cœnobia quinquaginta septem.
- III. ANGLIÆ, habuit olim Cœnobia sexaginta duo, & plura.
- IV. NARBONENSIS, hæc nunc vix duodecim Monasteria retinet, alia enim deuastarunt Hæretici.
- V. ROMANA, habet Cœnobia triginta duo.
- VI. FRANCIÆ, possidet adhuc Conuentus tredecim, alios enim Hæretici destruxerunt.
- VII. GERMANIÆ Inferioris, habuit olim ad minus triginta quinque Cœnobia.
- VIII. LOMBARDIÆ, habet Cœnobia triginta septem.
- IX. AQUITANIÆ, hæc olim maxime floruit, nunc tantum vndecim retinet Monasteria, destructis cæteris ab Hæreticis.
- X. CASTELLÆ Nouæ, habet Cœnobia octo.
- XI. HIBERNIÆ, habuit quondam plurima Cœnobia.
- XII. PROVINCIÆ, habet viginti Monasteria.
- XIII. SCOTIÆ, habuit vt minimum septem Monasteria.
- XIV. TYSCIÆ, complectitur quindecim Conuentus, inter quos est *Senensis*, qui fundatus est anno 797. vt constat ex Annalibus dictę ciuitatis.
- XV. VENETA, habet viginti quatuor Cœnobia.
- XVI. TOLOSANA, huius Prouinciæ Monasteria occuparunt Hæretici, præter decem, quæ adhuc possidet Religio.
- XVII. CATALONIÆ, numerat quindecim Cœnobia.
- XVIII. GERMANIÆ Superioris, habuit olim viginti sex Monasteria, & plura.
- XIX. VASCONIÆ, numerat adhuc sexdecim Cœnobia, complura vero deuastarunt Hæretici.
- XX. TYRONENSIS, habet nouem vt minimum Conuentus.
- XXI. SAXONICA, habuit complurima quondam Monasteria.

- XXII. ARAGONICA, complectitur Monasteria
ginti.
- XXIII. NEAPOLITANA, habet Cœnobia sexaginta
ta sex.
- XXIV. LVSITANICA, habet vndecim Conuentus.
- XXV. ROMANDIOLÆ, habet Conuentus viginti
tres.
- XXVI. DACIÆ, nunc gemit sub tyrannide Turca.
- XXVII. S. ANGELI in Sicilia, habet Cœnobia quadraginta
sex.
- XXVIII. BETHICA, numerat Cœnobia viginti.
- XXIX. BOHEMIÆ, omnia fere huius Prouinciæ
Cœnobia occuparunt Hæretici.
- XXX. POLONIÆ, habet Cœnobia sexdecim.
- XXXI. APVLIÆ, habet Conuentus viginti tres.
- XXXII. CALABRIÆ, complectitur Cœnobia duodecim.
- XXXIII. BELGII, in his Prouincijs sunt com-
& plura Monasteria, quorum
- XXXIV. APRVTII, numerus non specificatur.
- XXXV. CASTELLÆ Veteris, habet Cœnobia ad
minus octo.
- XXXVI. SARDINIÆ, habet sex Monasteria vt mi-
nimum.
- XXXVII. BRASILIÆ, habet sex Conuentus.
Habet etiam Ordo Carmeli Congregationem
Mantuanam, in qua sunt quinquaginta & plura
Cœnobia, in quibus singularis viget vitæ perfe-
ctio.
- In prædictis Prouincijs, maximè *Italia & Hispania*,
sunt complura, eaq; celebra Sanctimonialium
Ordinis Carmel. Monasteria.